

homo hyspanus moribus et doctrina illustris. qui cum summos theologie preceptores doctrina equaret. ab Amedeo dum se papam dixit Cardinalatus eminentiam acceperat. Et deinde unioni consentiens. a Nicolao pont. max. Cardinalatus dimisso titulo Cesariensi ecclesie perfectus fuerat. in altissimis reconditis montibus. pro monasteriolo contentus. Notatis et hyspania legis Arabice magistris librum quem vocant Alchoranum. et in quo Daomethis pseudo prophete: non tam mysteria quam delirameta continentur in nostra lingua et nono convertit. et ineptias eius veris ac vivis rationibus et argumentis explodit. In Arelate ad sepulchrum Ludovici Cardinalis sancte Cecilie eius urbis episcopi quem Basilee in consessu patrum presidentem vidimus: Magna miraculorum opinio orta est. et invalidorum frequens undique concursus spe sanitatis factus.

Johannes Comes Armeniaci incesto germanie sorori amore percussus nuptias eius tentare conatus: haud indignus existimatus est. quem paterna hereditate Karolus rex francie armis eijceret. In regno ipso francie / quod nostra etate Joanna virgo Lothorigens diuinitus ut credunt admonita: virilibus indumentis et armis induta gallicas ducens acies ex anglicorum manibus magna ex parte (mirabile ductu) prima inter primos pugnans eripuit. Cum iam Philippus Burgundie dux paterne necis iniuria remissa Relictis anglis ad francos discessisset. ingentes inter Karolum regem et filium eius Ludovicum delphinum Guenensem contentiones atque inimicitie succurrerunt. Karolus andeganensis eo tempore delphini amicus apud regem plurimum poterat. Cuius potentiam cum Johannes Monconij dux ferre non posset. Borbonij quoque princeps et frater eius spurius Andeganensem gubernationem egris animis intuerentur / delphino uti a patre discederet suaserunt. sic enim fieri posse ut rex desiderio filij Karolum a se reuiceret. Regnumque quod in eius manibus possum ire videbatur meliori consilio regeret. quibus promotus delphinus in salutato patre ad